



*S. b. 264*

*Dießler · Sch.*

*J. VI, 887*

*III wie J. IV. 10*

De Capituanda ratione sub filium D. Baumgarten

De Natura et gratiae nexu D. Baumgarten.

De Unitibus libertati conscientiae ponendis D. Baumgarten.

De Perseverantia crederunt utique ad Finem prima estitia d. Knepp

De Horte Spirituuli P. Struenke.

De vera operis operati in de eiusq; necessaria ad cautadokulatione D. Baumgarten

Diss. moralis Graius bonorum operum et virtutis generationis sensus D. Baumgarten

De fine bonorum quatuor de humana natura protestantissim. D. Dac erat

Diss. philos. De laevioris M. Jesze.

Diss. philos. De Origine Etentiarum P. Weber tunc denotis contractinam

Programma quo vtilia fata Noachi expeditur. Rector Passler

Diss. historica theologiae de templi hiemblitani Iul. Massalians nundis p. Julesius Annotata restauratio Autore Professori Laformato Joh. Georgio Michaeli

Sponsus sanguinis ad Exod. IV. 24-26 et Manus pueri Chrono die ad Exod. VIII. N. Hase.

Exercitatio exegesis philologica ad Psalmum XXII. d. Freylinghausen

De Hirni et Thrennia ad dictum Exod. XXVIII. 30. P. Stabitz

De Hirni et Thrennia ad dictum Exod. XXVIII. 30. P. Stabitz

Extra ecclesias non dñm salubrem D. Baumgarten

De Sacrothibis iusto corporis laborantibus a confectione Senniff. non teneri accendi P. Fronto

De peccatis vocacionis. donec ad omniflumen eccl. D. Baumgarten

De Peccatis huius ecclesiae ab audito carpe exanimanda D. Baumgarten

De Ura legit neocellano. D. Baumgarten

De Divinorum rituum veterum, est post mortem cooptatum D. Baumgarten

Vindictae oppositiae poenitentia veterorum D. Baumgarten

De Polygamia multularia Magistri. D. Baumgarten

De flora Foligen. Di. Baumgarten

De pastorale Christiana D. Baumgarten

De submissione mentis vulgo humiliata. M. Nicobai Berlinensis

De nonnullis ad Penna pectinentibus D. Baumgarten A. S. M.

De Bonitatis et Magistri affectionibus. D. Baumgarten suo senoris. M.

Demonstratio ad Ebraicum. Grammaticam pectinatus. M. Decker

Programma invicatorum Li. Langi abitu D. Rambachii

Index Librorum Selectorum. Frederici Hoffmanni M. Bibliothecae donatorum

Introductio historicus Theologorum in epistolam a Petropoli port. Wickling

Expositio de Melancholita et aliorum Theologorum M. Wieloffs

Vivificationis dei Morospha als Prolego zu verba P. Missalis

Diss. et Librarium suum in Epitome

Festis p. Genesii Gorius Gregoriani Romani



*C* 3  
NOMINI MEDITATIONES  
DE  
**L I M I T I B V S**  
**LIBERTATI CONSCIENTIAE**  
**PONENDIS**

---

P R A E S I D E  
VIRO SVMME VENERABILI EXCELLENTISSIMO  
DOCTISSIMO

**SIGISM. IACOBO BAVMGARTEN**

S.S. THEOL. DOCT. ET PROF. PVBL. ORDINAR. SEMINARII THEOL. DIRECTORE  
ALVMNOR. REG. EPHORO ACADEMIAE SCIENTIARVM REG.  
BEROL. MEMBRO

PATRONO ET PRAECEPTORE  
FILIALI PIETATE AETATEM DEVENERANDO

AD D. XXIX. IVN. c. Lccliiii.

PVBlico ERVDITORVM EXAMINI SVBIICET

A V C T O R

**ERNESTVS CHRISTOPHORVS NOLTENIVS**

P A L. M A R C H.

---

HALAE MAGDEBURGICAE

TYPIS IOANNIS CHRISTIANI HILLIGERI, ACAD. TYPogr.

3

66

MEDITATIONES  
DE  
LIMITE  
PONENDIS CONSCIENTIAE

PRAESEDE  
VARO SUMMA MATERIALE EXCELLENTISSIMO  
DOCTRINA

SIGISM. IACOBO BAMGARTENI  
22. THESES. DOCT. ET PROS. BANI. ORDIN. SEMINARI. THEOS. DIRECTORE  
TRAVMOR. ESS. BPHORO. AOPDAMER. SCIENTIA. REG.  
HEROL. WEMSSO.

PATRONO ET PRAECEPTORRE  
LITERATURATE AESTATEM DEAENEVINDO

AD D. XXX. AN. EPISCOPALI

LUDVICO ERASMIO. FRATRUM. SPAGNA

A V O T O R

ERNESTAE CHRISTOPHORAE NOTTENME

PAR. MARCO

HABET MUSICOGRAPHICAE

LIB. IOANNIS CHRISTIANI HILIGERI. ACC. JACOB.

NOMINIBVS AETATEM SVSPICIENDIS

VIRIS

SVMME VENERABILIBVS AMPLISSIMIS  
DOCTISSIMIS

IO. VLRCO CHRISTIANO  
KOEPPEN

POT. BORVSSOR. REGI IN SVPREMO RERVM SACRARVM  
TRIBVNALI A CONSILIIS AVGVSTISSIMAE REGIS MATRI A  
CONFESSIOPVB AD AEDEM S. NICOLAI PRAEPOSITO  
ET GYMNASIL BEROLINENSIS EPHORO  
GRAVISSIMO

PATRONO ET MAECENATI DEVENERANDO  
INTIMAM TESTATVRVS REVERENTIAM.

IOANNI RVDOLPHO  
NOLTENIO

SACRORVM IN VETERI MARCHIA ET PRIGNITIA SV-  
PERINTENDENTI GENERALI DIOECESOS STENDALIENSIS  
INSPECTORI AD AEDEM QVAE STENDALIAE EST CA-  
THEDRALEM PASTORI PRIMARIO  
MERITISSIMO

PARENTI OPTIMO

INEVCATAM PIETATEM ET GRATISSIMVM PRO TOT PATER-  
NI AFFECTVS TESTIMONIIS ANIMVM  
SIGNIFICATVRVS

VIRIS  
MAXIME REVERENDIS CLARISSIMIS  
DOCTISSIMIS  
**GOTTFRIDO CHRISTIANO**  
**IOANNI ROTH**  
NEO-SOLTQVELLENSIVM INSPECTORI ET PASTORI  
PRIMARIO VIGILANTISSIMO  
FAVTORI ET ADFINI AETATEM COLENDO  
IN OBSERVANTIAE ET TENERRIMI AMORIS  
QVALECVNQVE DOCUMENTVM  
**IOANNI ERNESTO KVEHZE**  
AD AEDEM S. NICOLAI BEROLIN. ARCHI-DIACONO  
FIDELISSIMO  
FAVTORI DE STVDIIS SVIS IM-  
MORTALITER MERITO  
• PRO TOT ET TANTIS IN SE COLLATIS BENEFICIIS  
HOC  
QVICQVID EST PRIMITIARVM  
CVM INTEGERRIMO OMNIGENAE PROSPERITATIS VOTO  
RERVMQUE SVARVM DE MELIORI COMMENDATIONE  
OBSERVANTISSIME  
SACRV M FACIT  
AVCTOR.



MEDITATIONVM  
DE  
LIMITIBVS LIBERTATI CON-  
SCIENTIAE PONENDIS  
SECT. I.  
DE  
LIBERTATE CONSCIENTIAE  
AGENS.

II. §. I.

D  
*octrina de Conscientia, cuius terminus est εγγραφες, ad mixtas pertinet i.e. ad illas, quae praeter reuelatas, doctrinas naturaliter iam cognitas pro principio suo agnoscunt, quae pro iudicio hominis de actionum suarum moralitate i.e. bonitate vel prauitate eandem enuntiant, et diuersimode sumunt: partim pro facultate iudicium illud formandi, partim pro ipso actu iudicii; partim denique*

A

pro

**2 Sect. I. De Libertate Conscientiae agens.**

*pro habitu*, quorum significatum secundum, vbi ipse iudicij actus sumitur, in praesenti tractatione potissimum consideramus. Moralitas actionum per normam actionum moralium quum determinetur, conscientia est *iudicium de actionum relatione versus legem*; et quum leges naturales pariter acreuatae immediate; positivae vero humanae quatenus cum naturalibus ac reuelatis consentiunt, mediate a Deo pendeant, commode definiri potest conscientia per *Judicium hominis de sua versus Deum relatione*.

Denominatio conscientiae in sacris litteris propria evidenter occurrit Rom. II. 15. 1 Cor. VIII. 7. 2 Cor. I. 12. 1 Perr. II. 19. quae pariter ac bene multae impropriae loquitiones cum notione in philosophorum scholis recepta egregie conspirat. Singulorum terminorum explicaciones falso tractationi relinquendas, ex Iuris Naturae principiis supponimus; dum eas tantummodo explicandas habemus, quibus superstruenda est subsequens tractatio. Atheus theoreticus si vel tertiam in se adlatam negaret definitionem, tamen quum suam versus leges relationem, et actionum moralitatem per conscientia determinatam concedat, alii habet conscientiam, que pro interno supremi numinis teste venditari omnino potest.

**§. II.**

*Lex et obligatio.* Quum conscientiae adsit ad legem relatio (§. I.), videndum quid sit lex, et quae lege ponitur obligatio. Triplici potissimum admodum vagus legis terminus sumi solet significari; denotat enim 1) omnem actionum normam, ita ut et regulae, secundum quas corporum motus determinantur, iure suo vocari possint leges, qui quidem significatus in scientiis physicis magis applicari potest ac in moralibus, vbi strictior adest, vt 2) actionum moralium normae vocentur proprie leges, quarum obiectum circa actiones morales versatur

*Sect. I. De Libertate Conscientiae agens.*

3

satur i. e. ex praevia consultatione ortas: forma vero eo absolvitur ut sint normae i. e. regulae, secundum quas actiones morales determinantur. A quo differt 3) strictissimus, qui eo spectat, ut leges sint Normae actionum moralium per voluntatem superioris posita. Iam vero quum quaelibet lex actiones determinet, oritur ex legibus agendi necessitas, quae quum latissime vocetur *obligatio*: Omnem legem obligationem ponere ratiocinatur, et pari ratione leges de actionibus moralibus disponentes sunt *obligationem Moralem*, quae est nexus motuorum cum actionibus. Hinc 1) omnes leges de actionibus disponunt, vel iubendo vel prohibendo. Vnde Legum Praeceptuarum et Prohibituarum oritur diuisio. 2) Leges Morales quum determinant actiones morales, quae distinctam cognitionem postulant, obligant nos moraliter i. e. per distinctam cognitionem boni vel mali, quae quum motiva sicut, quaelibet lex moralis per motiva nos determinat; et quum nulla actio distinctam cognitionem non admittens, sit moralis, nulla lex aliter nos determinare potest nisi per eandem motuorum cognitionem. Vnde, quum motiva obligationis moralis fundamentum sificant, sine lege non datur obligatio, nec sine obligatione lex cogitari potest. i. e. *Lex et obligatio sunt correlata.*

*§. III.*

Duplex potissimum, ex quo pertractari potest doctrina *Divisio de conscientia*, habemus fundamentum; quorum prius ad *conf. & rat.* obiectum conscientiae attendit, quod complectitur actiones *obiciti*. ad legem relatas, posterius formam iudicij absolvit. Quod si ad actiones, de quarum moralitate iudicamus, respicis, tunc actionem vel praegreditur conscientia, vel est cum ipsa actione coniuncta, vel denum actione iam commissa formatur, vnde ex primo casu oritur *Conscientia Antecedens*, ex se-

A 2

quen-

4      Sect. I. De Libertate Conscientiae agens.

quenti *Concomitans*; ex ultimo *Consequens*. In Antecedente curatus determinanda vel respicere aliquis potest solummodo ad consecutaria actionis cuiusdam in statu suo sive perfectiorum sive imperfectiorum reddendo; omisso iudicio num sit actio legibus determinata, quae dicitur *Conscientia Docens* seu *Doctrinalis*: vel quoque cogitamus de determinata actionis moralitate, quae est *Conscientia Cogens*, quae iterum vel de bonitate, vel de prauitate actionum iudicans vocatur vel *Suadens* vel *Dissuadens*.

Omissa conscientiae concomitantis ac consequentis in Recti et Mali conscientiam divisione potest adhuc ad legem attendi, versus quam actiones nostras relatas cogitamus, unde tot eius habemus species quot adhuc leges. Quo plura cognoscimus lege determinata, et quo distinctior est legis cognitio, eo maiori gradu adest *Conscientia cogens*, minori vero *doctrinalis*, quippe quae haut raro est erronea, praesertim quum non eadem ratione semper leges naturales ac positivae de actionibus disponant. Qui actiones commitit iudicio conscientiae antecedentis contrarias, contra conscientiam agit, ut ille, qui agit conscientiae conuenienter, cum conscientia; is vero qui actionum suarum motiva ex conscientia desumit, Propter Conscientiam agere dicitur.

§. IV.

¶) rat. for-  
mae.      Quodsi formam conscientiae consideramus, iudicium eam constituens, quum vel esse queat ex toto distinctum, vel minus; conscientia est vel *Distincta* sive *Intellectualis*, quae nunquam esse potest erronea: vel est ex parte *Confusa*, et tunc si rei iudicamus conuenienter, *Conscientia nostra* est *Vera*; si minus, *Erronea*. Vtique casu potest aliquis vel coniunctionem de veritate iudicii sibi fingere, vel minus, unde priori casu adest *Certa*; posteriori *minus certa*, quae iterum est *Pro-  
babili*.

*Sect. I. De Libertate Conscientiae agens.*

5

*babilis, Dubia, Improbabilis,* quarum discrimen ex Logices principiis patebit quam facilime.

Quo maiori studemus legis cognitioni, quo curatius, quo saepius, quo ardenter de actionibus nostris iudicamus, eo maior conscientiae intellectualis gradus impertrari potest, hinc eo plures eoque maiores evitantur errores. Conscientia erronea eti pro obiecto habet falsam cognitionem, nequam tamen ut non nulli haut satis circumspete eandem adpellant, est conscientia imaginaria, sed eosdem, quos omnis conscientia, habet effectus. Quae de conscientia dormiente, vigilante aliisque proferri adhuc solet, non tam pro separandis conscientiae speciebus, quum potius vel pro metaphoricis loquutionibus, vel pro phrasibus certum conscientiae actum insignientibus habemus, quas iraque, ut aiunt, sicco pede in praesenti transimus.

§. V. 1515 4. In annis

Patent partim ex conscientiae (§. I.) partim ex legis et *Consecataria*. obligationis (§. II.) notione sequentia.

I. Quum conscientia pro actu sumenda inuoluat iudicium, intellectum pariter ac rationem supponens, in neminem quadrat nisi qui facultate res distincte et in nexus suo cognoscendi gaudet, ad quam itaque animae facultatem potius ac ad voluntatem referenda est conscientia, eti per naturam hominis pro facultate summa omnibus competit conscientia.

II. Haut male rebus suis consoluere, qui totum conscientiae actum sub ratiocinio repreäsentarunt, cuius *major* cognitionem legis, *minor* subsumptionem facti; *conclusio facti* versus legem relationem in se continet.

III. Quum conscientia de actionum moralium versus legem relatione iudicer, sine lege eiusque cognitione non

A 3 datur

6      Sect. I. De Libertate Conscientiae agens.

datur conscientia. Omnes vero leges quum sistant obligationem, eandem omnis conscientia secum adiunctam habet, et quum sit iudicium de relatione versus Deum (§. I): *Omnis conscientia obligationem diuinam silit*, quae quum in collisione obligationum omnibus sit praferenda; Conscientiae semper est obediendum, nec vila lex nisi per conscientiam nos obligat, quoniam sine legis cognitione non darur obligatio. Hinc eo se vsque lex extendit, quo vsque conscientia, et quo vsque tendit conscientia, eo vsque adeat obligatio legis.

IV. Quum omnis conscientia sit iudicium, omne vero iudicium cognitionem hominis determinet, conscientia quoque influit in doctrinam; et quum de iure postulari queat ut quelibet in voluntatem se exserat cognitio, conscientiae est, ut determinet hominis voluntatem, et quae ab ea pendent, actiones. Actiones, quae determinantur legibus, *Officia* quum sistant, eadem et pendent a conscientia, in primis autem, quae Deo debemus i. e. Religio.

Vltimum hoc theorema, quum quod valet de genere, quod etiam in species, valet quoque de conscientia erronea, quae pro vera haberur, de probabili et dubia iustissimis tamen regulis circa conscientiam minus certam obseruandis adhibitis, unde cogentem docenti, dissidentem suadenti praferendam esse egregie docet S. Ven. PRAESES Theol. Morali §. 41.

§. VI.

*Libertas*  
et *Interna*. Attribuere solemus conscientiae libertatem, quam ex instituto consideratur, ut ambiguitates vocum sollicite removamus, libertatis characterem breviter expediemus, qui diversis omnino explicationibus obnoxius modo de interna, modo de externa libertate adhibetur. Dicunt nimurum, qui de anima agunt, in esse nobis facultatem quandam ex praevia cogni-

cognitione distincta actiones nostras determinandi, quam vocant Libertatem Internam, ad quam tria potissimum momenta pertinent: 1) Intellectualitas s. facultas res distincte cognoscendi; unde qui caret anima libertate praedita libertate destitutus: qui vero distinctissima cognitione gaudet, summum eiusdem gradum obtinet. 2) Contingentia actionum i. e. ut actionis commissae oppositum locum habere potuerit: hinc electionem libertas semper supponit, secundum quam bonum maius paeponimus minori. 3) Spontaneitas s. facultas praevia consultatione mutationes producendi; unde morales actiones ad liberas referenda sunt, quas si a se inuicem separare velimus, actiones a libertate pendentes vocantur Liberae, in quibus actu adest libertas s. determinatio ex distincta cognitione, quae in actionibus moralibus tantummodo est possibilis.

Frustra, si non inutiliter, disputatum est, ad quam animae facultatem libertas interna pertinet, quum quilibet eam et ad intellectum et ad voluntatem, primario vero quoniam electionem supponit, ad voluntatem spectare facillimo negotio videat. Deo competere libertatem fuere qui negarunt, et sunt qui nostris adhuc temporibus negant, quorum tamen sententiae ex confusa libertatis notione ortum duxisse videntur, quum id summae sit libertatis ut Deus distinctissimae cognitionis lege determinetur.

§. VII.

Aliter sepe habet libertas Externa quae latius sumta statum absolvit, quo aliquis mediante principio extra se posito non determinatur: et quum omnis determinatio externa vel sine cognitione, vel mediante eadem ab alio excitata in nos agat, datur libertas externa a coactione physica et morali, i. e. a Necessitate et a Subieditione. Ad posteriorem quod attiner,

quum

3) Externa.

8      Sect. I. De Libertate Conscientiae agens.

quum actiones norma obligante seu lege determinentur (§. II.), absentia legis spectat ad libertatem externam. Vnde concipi potest, hominem in statu solitudinis plenariae viuentem externe magis liberum esse ac alios, qui in sociali degunt, eundemque qui ratione vnius actionis nullis legibus determinantur, ratione alterius posse carere libertate externa; et quo pluribus aliquis relationibus addictus est, eo minorem dari libertatis externae gradum.

Dantur et normae obligantes actionum nostrarum, quas nobis nos ipsi ad dirigendas actiones nostras formamus, quae Leges Internae vocantur, quibus nemo moraliter agens carere vnuquam potest; et quo maior adeat cognitionis gradus, eo maior adeat actionum per leges internas determinatio, eoque rarius est obligatio per alios deum posita. Rom. II. 12, asserens apostolus, idolorum cultores peccasse *avopas* externam hancce libertatem intelligit, dum externa voluntatis diuinata norma caruerunt; peccata vero quum legem supponant, et internam ius omnino competuisse v. 15. adhuciat.

¶ VIII.

*y) in relat.  
ad leges.* Et si libertas externa legibus admodum limitetur, tamen quum et obligatio legis in eos tantummodo cadat, qui libere agere possunt, et actiones legi conuenienter determinatae sint liberae: vt ad sit in obseruandis legibus libertas necessario requiritur: quinimmo quum interna libertas voluntatis per distinctam cognitionem determinationem pro fine habeat (§. VI): in omnibus vero legibus moralibus ope motiuorum i. e. mediante distincta boni malique cognitione determinantur actiones, nemo secundum libertatem suam agens potest facere quod legibus est contrarium; et quoniam ex distincta boni rectique cognitione oriatur liberas, leges vero principium cognoscendi bonum sistant, ex obligatione legum nasci

*Sect. I. De Libertate Conscientiae agens.*

9

nasci libertatem dici omnino potest. Porro quum necessitas in cognitione boni vel mali rationem habens dicatur *Moralis*, et per leges ponatur necessitas agendi cognitione determinata, ponunt leges necessitatem moralem, ita ut libere agens salua sua libertate haur queat secus agere ac agit, legibus nimirum conuenienter.

Qui libertatem pro iure venditant secundum merum arbitrium agendi, posse aliquem eodem iure secundum libertatem suam quod sensu sibi placet committere ac omittere existimant; sed si adlatam si notionem accipimus, quemlibet libere agentem bona tantummodo sectari videmus. Et ipsum servatorem et eius apostolos de regenitorum libertate loquentes mirifice in hoc capite habemus consentientes: unde conferri meretur palmarius ille locus i Tim. I. 9. vbi verba *δικαιούοντος οὐ κείλατο*, si nexum consideramus, de legē Israëlitarum, quam vocant caerimoniale, explicari non possunt, sed de lege naturali s. morali v. 5. de qua enuntiat iustos liberos, non ac si de obligatione legi praeflenda soli essent, sed quoniam lex, cui subiectos se se cognoscunt, per media coactiva eosdem non obligat, quum ipsis sibi motiu ad legi, quantum fieri potest, satisfaciendum distincta sua cognitione praebant maxime sufficiencia coll. 1 Petr. II. 16. Gal. V. 18. 13.

§. IX.

Ira demum et conscientiae (§. I-V.) et libertatis (§. *Libertas VI-VIII.*) terminis evolutis ad notionem complexam deter-*conscientiae.* minandam accedamus, quea in genere libertate iudicii de actionum nostrarum moralitate s. relatione versus legem s. versus Deum absoluuntur; unde et ipsum conscientiae actum supponit, hinc in neminem quadrat nisi rationis et intellectus exercitio gaudentem, seque inter ac Deum relationem versantem cognoscit: et quum liberas dupli potissimum significatu veniat, spectat ad Conscientiae libertatem partim ut

B

iudi-

10      *Sect. I. De Libertate Conscientiae agens.*

iudicium hominis de sua versus Deum relatione et actiones, ad quas mediante conscientia ponitur obligatio, cuiuslibet cognitione distincta determinentur; partim ut externe ab aliis conscientia non cogatur: quarum prius *internam Conscientiae libertatem*, posterius *Externam* sistit, quarum vtraque deinde in relatione versus legem considerari potest.

Falsissimum ergo sibi formant conceptum, qui libertatem nostra a conscientia, et libertatem conscientiae pro eodem habent, qui praeter actionum moralitatem, iudicium de eadem ferendum pariter ac distincta cognitionis ad facta applicationem, et earundem ex lege derivationem, ni plane tollere, tamen fundamento earum addere videntur periculum.

§. X.

- 1) *Interna* Conscientiae ex cuiuslibet cognitione distincta determinatio quum Libertatem eius Internam constitutat (§. praec.)  
a) *rat. iudicatio* et iudicium, quod actus intellectus est, sola eius representatione nitatur, illud omnino spectat ad conscientiae libertatem, ut quilibet pro cognitione sua de actionum suarum versus Deum relatione iudicet, unde tanquam momentum antecedens omnia ea referri huc possunt, quae ad omne iudicium rite formandum sunt necessaria: quumque conscientia rationinem involuat, hinc si cum Logicis loquendum est, pluribus omnino iudicii absoluatur (§. V.) ad internam eius libertatem pertinet, ut distincta cognitione determinetur, 1) propositio maior, quae ad curatam legis, cui actiones nostras relatas cogitamus, diuinationem postulat, in qua sub examen vocanda dispiciendum est: partim num aliquid, quod pro lege venditur, re vera sit norma obligans; et quum diuina ponatur per conscientiam obligatio, num legi praescriptae diuinæ competant legis characteres, quibus si lex destituitur

nisi nemo interne libere agens ad obedientiam obligari potest, ut in contraria parte simul ac eisdem adesse cognoscimus, per eandem libertatem obligati sumus, ut obedientiam legi praestemus: partim id considerandum est, num lex, cuius diuinam auctoritatem cognoscimus, ita sit comparata, ut nos in statu in quo degimus obliget, numque fieri possit, ut obedientiam ei praestemus: quo cognito maior expedita est, 2) In minore conscientiae libere constituenda et quaevis actiones subeundae tum ex consectariis vel ratione exhibita praeuisis, vel experientia alio tempore iam instituta cognoscendis, tum ex lege, quam pro norma obligante habemus, sunt examinandas, et num casus specialioris sub maiorem subsumtio sit legitima, inquirendum est: quo facto, quum et maior et minor propositio distincta cognitione sint determinatae, 3) conclusio vere libera est, quae de bonitate & prauitate actionis, de plurium mutationum collectione i. e. de statu, de relatione versus Deum iudicans ex veris praemissis iisque distincte cognitis per modum concludendi legitimum deducitur.

§. XI.

Quum omnis conscientia obligationem secum ducat (§. V.) et hinc motu cum actionibus nostris connectat (§. II.), quae sunt ratio voluntatis et actionum a voluntate pendentium sufficiens: quaelibet conscientia actiones nostras ut determinet, de iure postulari potest, et qui ob motu ex conscientia desumpta actiones producit, agit actionum suarum ratione vere libere: vnde quae hoc loco consideranda venit Conscientiae libertas commode definiri potest per libertatem ex cognita obligatione agendi, sive iuribus suis conuenienter actiones suas producendi: hinc 1) quum iudicium

b) rat. actione.  
num.

12 Sect. I. De Libertate Conscientiae agens.

distinctum nunquam sit erroneum, quaelibet vero cognitio distincta ad voluntatem flectendam sufficiat, Conscientia intellectualis motuum actionum legitimarum siffr sufficiens; si vero 2) conscientia est confusa, quum distincta demum cognitio internam siffr libertatem (§. VI.), in ea re vera non adeat internae libertatis usus: tamen quum nemini contra conscientiam agere licet (§. V.), etiam nulli omnino licet, actiones conscientiae suae contrarias producere; vnde admodum caute conscientiae erroneae, probabilis, dubiae, rationem habemus necesse est, ne siue contra legem, siue contra nostram cognitionem agendo praeuaricemur. Denique quum 3) conscientia antecedens ante actionem commis-  
fam formeretur, quilibet ratione actionum suarum ex conscientiae liberrate agens ad ea, quae eidem sunt conuenientia vel committenda vel omissenda, sese determinat.

Ita determinata conscientiae libertate, nemo plane ea committere, quae conuictioni suae, saltim persuasiōni sunt contraria, et si ex errorea conscientia se determinans legibus extēris agere possit contrarie; vnde Lectores nostros ad ea, quae ex Theologia Mor. cit. §. V. Schol. obseruauimus, hic reiiciamus, regularum in conscientia dubia obseruandarum sūfiorem commemorationem hoc loco non adlaturi. Adparet ex §. simul, quam arctum sit intellectus et voluntatis commercium, quarum muruam tollere relationem praescribendo leges, sine sufficiente intellectus conuictione, nemini licet.

§. XII.

2) Externa  
a coactione  
a physica

Determinationis ab alio pendentis absentia quum libertatem externam ponat (§ VII.), externa conscientiae libertas, si latius sumitur, per statum, quo conscientia externe non determinatur, commode potest explicari, quae quum determinatio vel sit physica vel moralis, conscientia externe libera  
vtri-

vtriusque coactionis sit expers, est necessarium. Ad libertatem conscientiae a coactione physica f. a Necessitate quod attinet, quum: 1) sine cognitione boni vel mali neque actus intellectus, ad quos vti omne iudicium, referenda est conscientia (§. V.), neque actiones liberae (§. VI.) extorqueri queant; 2) legibus diuinis eiusmodi coactio excusari nequeat, a quo tantum abest, vt potius luculentissima seruatoris et apostolorum effata ac exempla contrarium probent; denique quum 3) nihil eiusmodi conscientiae determinatione efficiatur, nisi vt ad summum actiones violenter producantur internae coactioni contrariae, de qua nemo mortalium vindicare sibi potest imperium: fieri non posse videmus, vt physice extorqueatur conscientia; vnde competere eidem libertatem a coactione physica ratiocinamur.

Diiudicari potest ex commemoratis in §o. 1) quid de propagatione religionis armata dicendum sit, quae sine conscientiae libertate quum locum habere nequeat, nunquam est admittenda, praesertim quum vniuersae Christianorum doctrinae sit contraria, & parum plerumque utilitatis adferre soleat. 2) Qua ratione vexationes primis N. T. saeculis in gentem Christianam immissae circa conscientiae libertatem verulantur, quam omnino tollunt, praesertim si coniunctionem contraria impetrandam pro fine suo agnoscunt.

§. XIII.

Coactionis moralis absentia quum libertatem exter-  
nam sistat (§. VII.), ab eadem competit conscientiae libertas, hinc 1) quum diuinam conscientiam sistat obligationem (§. V.), sine cognita lege diuina nulla datur conscientia, vnde eo usque tantummodo obligar lex humana, quo vsque eiusdem cum diuina consensu perspicitur, & ab omnibus legibus mere humanis conscientiam esse liberam patet; 2) quum iudi-  
cione

b) a coact.  
moralis.

14      Sect. I. De Libertate Conscientiae agens.

cio proprio, non alieno absoluatur conscientia, ab omnibus aliorum de statu nostro et actionibus iudicio est libera; vii 3) ab imperio aliorum morali i. e. eorum, qui iure nos obligandi carent; norma cognitionis nostrae contraria: neuti- quam vero a legibus diuinis, sine quibus concipi nequit conscientia (§. II.). Quod evincitur partim ex conscientiae ac religionis eadem determinandae notione, quae iudicium et cultum Dei postulat liberum et ab aliis non extorquendum, partim ex euidentissimis sacrarum paginarum effatis, quo spectant et locus ille palmarius, qui exstat i Cor. X. 29. vbi dicitur; Quare libertas mea iudicabitur ab aliorum conscientia? i. e. Actiones meae mea ipsius cognitione determinandas aliorum iudicio non sunt diuideandae; et Col. II. 16. Nemo vos iudicet i. e. Nemo suas de vestra versus Deum relatione sententias pro legibus diuinis vendit: et alias im- propriæ loquitiones Rom. XIV. 2. i Cor. VIII. 12. etc.

§. XIV.

3) *Libertas*      Positis legibus quin tamen remaneat libertas (§. VIII.), libertas conscientiae in relatione ad easdem consideranda venit. Quae si sunt immediatae diuinæ, vel sunt naturales vel reue- latae, vnde circa vtrisque versatur libertas conscientiae. Nam quum quilibet ex interna libertate agens distincta cogni- tione determinetur (§. VI.); hinc bona tantummodo sectetur ex legum obseruatione vnicce impetranda; iam sponte sua legibus a Deo pendentibus satisfacit, praesertim per pro- priorem reuelationem noua confirmatione accedente, cuius ramen, ne obligatio euadat erronea seu dubia, characteres, curationi examini subiiciunt, ex lege sese secundum liberam conscientiam determinaturi. Si sunt leges humanae, quae nobis iniunguntur, vel cum diuinis consentiunt, vel sunt iisdem

iisdem contrariae; unde priori casu, qui ex libera conscientia agit lege determinata perpetrat, quoniam obligationibus diuinis conuenire lege superioris mandata cognoscit; sive vero posterius, tunc si vel omnia adducerentur media extera, nunquam tamen potest ab homine libere agente extorqueri sententia et actio pro illegitima habita.

Est idem illud quod in §. adseruimus cum heroico illo apostolorum: Deo magis obediendum est ac hominibus. In statu naturali, vbi aliorum normae obligantes desunt, nullis quidem externa libertas legibus limitatur, hanc tamen secus agunt, qui interne agunt libere, ac si adescent aliorum normae de actionibus suis disponentes. Pater adhuc ex §. quid et ratione illius, qui leges aliis praescribit obseruandum sit falsus obligandorum libertate; cui nimur scientia boni rectique, et hinc voluntatis diuinae eiusque quod subditorum felicitati conuenit, et ius voluntatem suam pro norma alios obligante ponendi competit; et quod obligandis, qui facultate legendi cognoscendi et ex motu agendi gaudent, nulla impetrari queat actio, quae vires eorum superat, et occasione, qua posita obedientiam suam declarare possint, est destituta.

§. XV.

Tali de libertate conscientiae formato conceptu, eam conjectar. dem, ne cum aliis rebus confundamus, probe separamus 1) a iure sentiendi c. philosophandi, quae libertate repraesentationes rerum potissimum theologiarum sibi formandi quum absoluatur, latius paret ac conscientiae libertas, quae res tantummodo considerat, quartenus ad legem relatae sunt, praesertim quum philosophandi libertas legitimum conscientiae usum vbius non supponat. De quo quid statuendum sit, nobis hoc loco ob modo adductam rationem dijudicandum non erit, et si id facilime pareat, in ipso statu naturali

foli-

16      *Sect. I. De Liberte Conscientiae agens.*

solitario legibus et regulis illud arctissime restringendum esse, ne laxo eius usu religionis termini extendantur. II). Neque minus haut est confundenda cum *Tolerantia*, quae siue statum absoluat, quo media externa coactua contra diuersas de religione sententias non adhibentur, siue liberi religionis exercitii concessionem amplectatur; 1) itidem ut ius sentiendi ad diuersas doctrinas modo pertinet, quum conscientiae libertas iudicium de actionibus earumque versus Deum relationem pro obiecto habeat, 2) locum tantummodo in statu sociali admittit, ubi vel ab ecclesia vel a re publica conceditur, quum conscientiae libertas ad quemlibet statum, ipsumque solitudinis tendat, 3) saepius denegari potest vel ab imperantis in re publica arbitrio, vel ab ecclesia, quae denegato cum libris symbolicis consensu tolerantiam concedit nemini: quum tollere conscientiae libertatem idem esset ac tollere conscientiam.

Ex confusione juris philosophandi pariter ac tolerantiae cum libertate conscientiae quanti in re sacra orti fuerint tumultus, Historiam Sacram vel mediocriter doctum fugit neminem. Ex quo fonte tanta Naturalistarum, Indifferentiarum, Fanaticorum et Libertinismi fautorum fluxisse viderur copia, que Baravorum potissimum et Anglorum saepius turbauit rempublicam.

§. XVI.

*Continuat.* Praeterea ex iis, quae de libertate conscientiae differimus, duplex colligi potest consectarium subsequenti tractationi facilime adPLICANDUM.

I. Quum obligatione morali motiva cum actionibus nostris connectantur (§ II.), quae distinctam cognitionem per defin. suam supponunt, neminis conscientia obligari potest, nisi

nisi eiusdem cui relinquitur ut agat ex distincta cognitione; et quo usque obligamur, eo usque patet conscientiae libertas. Porro quum ille, qui secundum conscientiae libertatem agit, nihil committat, nisi quod ex legibus et felicitati suae conueniat (§. VIII): neminis conscientia dici potest interne libera nisi eius, qui obligationi suae agit conuenienter. Vnde tam late patet conscientiae libertas, quam patet obligatio et posita obligatione ponenda est libertas conscientiae i. e. *obligatio et libertas conscientiae sunt correlata*.

II. Quoniam facultas libere agendi *Ius* sifit, nemo agit libere, nisi qui iuribus suis agit conuenienter; vnde qui ex conscientia libera se determinant, ex iure suo agunt, eodemque virtutur legitime; et quum iuris viis ad actiones liberas sit adstrictus, nemo potest agere ex iure suo, nisi agat ex libertate. Vnde *Ius et consc. Libertatem itidem connexa esse* videmus.

## §. XVII.

Num de adseruanda portio ac de exterminanda liber. *Necess. lib.*  
rate conscientiae cogitandum sit, vltra citroque disputatum est. *Consc.*  
Fuere qui pro custodienda ea et restituenda velut pro aris ac  
focis, quinimmo, quod haut raro factum esse reperimus, ad  
sanguinem usque pugnarunt; nec tamen desuere, qui pericu-  
lis multis obnoxiam esse eiusdem concessionem, nostris pre-  
ferrim temporibus crediderunt. Ad priorem sententiam,  
reservatis tamen limitibus subsequenti tractatione ponendis  
cur descendamus, varia monent; quinimmo saluis illis limi-  
tibus necessariam esse contendimus, partim quum libertas  
per essentiam homini competat, et si demta est conscientiae  
libertas de omni obligatione, quinimmo actionum nostrarum.

C

mora.

moraltate actum foret: partim quum ex I. N. elementis patet, competere nemini mortaliū ius in conscientias aliorum; hinc liberas easdem cuiuslibet cognitioni relinquendas esse. Ad quae accedunt et diserta apostolorum effata: conscientiam nostram a nemine determinandam sed adiunctiones potius ob eam suscipiendas esse; et ipsorum ac tot martyrum exempla: et ecclesiae salus, cuius tranquillitas pariter ac imperium non nisi ex libera conscientia determinanda est; ut reipublicae securitatem, scientiarum emolumenta et alia taceamus.

\*\*\*\*\*  
SECT. II.  
LIMITIBVS LIBERTATEM CONSCIENCE  
CIRCVMSCRIBENS.

## §. XVIII.

*Limitis explic.*

Illud quod ponit aliquid in ente, scilicet quod eidem inesse aliquid adfirmat, Realitatem; quod vero negat aliquid in eo deprehendi Defectum vocari ex principiis Ontologicis supponendum habemus; unde colligitur, omnem realitatem per se spectatam bonam esse, et quia varia enti competere adfiment realitates, variorum autem consensu perfectio audiat, omnem realitatem inculuere perfectionem, opposita vero ratione defectum attribuere enti imperfectionem, et malam esse. Posita vna realitate tollendam saepius esse aliam experientia satis abunde declarat, cuiusmodi realitas, scilicet qua posita negatur altera, vocari solet Respectiva, seu relativa: quod praesertim variis entis relationibus de nouo accendentibus fiat necesse.

necesse est, ita ut tollenda realitas, quatenus in nexu cum aliis consideratur imperfectionis instar tunc consideranda veniat, et si per se spectata perfectiones entis augeat: et tunc ponendum est realitati defectus. Qui *ulteriorum realitatum defectus LIMES* vocatur, qui relativa realitates vel plane tollit, vel magis determinat, et efficit, ut aliae realitates maiori entis perfectioni necessariae inservientes una possint existere.

Omnis itaque Limes tollit aliquid enti, quam ob rationem si in se i. e. extra nexus cum aliis rebus consideratur, est malum et imperfectio, et si ob collisiones realitatum respectiuarum ponitur, perfectiones entis, in quo ponitur, sifstat: hinc malum necessarium sit, quod in nexus suo bonum euadit. Posito limite non omnibus ens priuatur realitatibus, sed remanet omnino realitas enti, dum in parte modo defectus ponatur. Ens, in quo omnes realitates obviae sunt, quae se inuicem non destruunt, sine limitibus cogitatur, et est Illimitatum, uti quod variis realitatibus relatius est obnoxium s. defectu *ulteriorum realitatum* laborat. Limitatum audit, quod vel non omnibus gauder realitatibus, vel eas, quibus gaudet, non habet in complemento maximo. Qui limites, si ita comparati sunt, ut ex notione entis statim adpareant, hinc salua eadem abesse non queant, Necessarii, Interni, Essentialis; sin vero ex statu denum superadueniente concipiendi sunt, hinc abesse raro et adeles possunt, Contingentes s. Externi vocantur.

## §. XIX.

Quum onine quod aliquid enti inesse adfirmat, reali- *Lib. Conf.*  
ras sit (§. XVIII.), libertatem conscientiae realitatem esse, quis *limitanda*.  
est qui non videat, quum et ex hominum natura sit concipi-  
enda, et iura hominibus competentia inuoluit. Eiusmodi  
conscientiae libertas quae sine defectu cogitatur, est *illimitata*,  
quae, quoad internam, quum distinctissima cognitione non  
gaudeamus ubiuis ad actiones nostras determinandas suffici-

ente, et quoad externam, quum et in vita solitaria et in sociali legibus perfectis pariter ac imperfectis addicti simus, in praesenti statu in hominum cadit neminem. Fingamus nobis statum, quo quilibet de relatione actionum suarum versus Deum ea iudicat, quae cognitioni suae externe plane non determinatae conueniunt, secundum eandem actiones suas determinat, nullas aliorum leges querit, ac omnia, quae sibi competere persuadet, iura exercet, tunc illum aliis et suis et aliorum hominum officiis et iuribus contrarie agere facillime posse, quilibet videbit, praesertim accendentibus statibus hypotheticis, societatis leges necessario desiderantibus, aliquique relationibus, quarum quaelibet pecuniam requirit regulam: quae ad curam omnino determinationem postulant, ne sub libertatis conscientiae practextu excusentur non excusanda, i. e. desiderant limites.

Si omnes homines genuina iurium suorum representatione gaudent, si de actionibus suis omnes iudicarent legitime, si non agerent secundum conscientiam suam vere libere, nee tanta in hominum multitudo per libertatem agere iactans ad omnia in vita sub praetextu conscientiae friuole committenda ius sibi competere putaret, de limitibus cogitandum non esse satem, quoniam quilibet iam sua sponte eandem ad iustas regulas retrocaturus esset, de quibus ramen nostris temporibus praesertim dispiciendum est, quum insignis libertatis abusus maximopere illud nobis iniungat. Nolumus hic fusionem thematis nostri historiam repetere, cuius facies per plura Christianae religionis saecula ita fui comparata, ut pro defendenda conscientia maiores nostri pro virili steterint, praesertim prioribus saeculis ob crudelissimas Imperatorum genti christianae libertatem conscientiae denegantium vexationes famigeratissimis, et Sacc. XVI. quo reformationis sacrae beneficio recuperata est libertas, ab ecclesiis Pontificiis in tortum negata: unde non ita pro limitanda ac nobis, iis cogitandum fuit:

suit: quum moderno saeculo haec raro in alteram partem peccetur, dum plurimi diuersus suas in religione sententias proposituri illimitatam conscientiae libertatem postulare vindicentur: quare videndum ut de aureo illo cogiteatur: Sit modus in rebus etc.

## §. XX.

Duplicis generis habemus fontes, vnde desumendi sunt *Diviso Limites libertati conscientiae ponendi*: quorum alter ipsa et *mutum*, conscientiae et verae libertatis definitione suppeditatur, ultra cuius terminos non extendendum est definitum, qui exhibet Limites Internos, Vniuersales, Necessarios, Essentialis, respectu officiorum generaliorum ponendos: quorum pars ita comparata est, ut etiam ad statum solitarium i.e. extra societatem consideratum quadrat, hinc legitimum usum conscientiae hominis erga se ipsum determinet; pars vero ad officia spectat erga alios obseruanda i.e. per statum socialem absolutum posita: alter vero ponit limites accidentales, qui ex statu superadveniente hypotheticо seu societate publica sunt conceipiendi, quae quum sit vel religionis, vel securitatis publicae causa instituta, duplicis vides generis limites, positos nimurum ratione societas religiosae s. ecclesiae et ratione civilis s. reipublicae.

Vnde adparer subsequentis tractationis ratio, et limitum in ipso statu solitario necessitas non demum per ecclesiam aut imperantem ponenda.

## §. XXI.

Quodsi ad limites vniuersales ratione officiorum gene- 1) resp. officiorum versus nos ipsos obseruandorum libertati conscientiae circumscribens ponendos respicimus: Quum libertas conc. sine legis dicta ratione cognitione non detur (§. V.) diuina vero lex voluntate a) versus nos ipsos.

C 3

Dei

Dei absoluatur, ac quo certior est eius cognitio, eo tutior sit conscientia: libertate tua yfurus legitime,

a) exploratio voluntatis diuine cognitioni yludeat, nec extra eius terminos conscientiam tuam extendat, hinc 1) ne putas a tua veritate diuinæ. sus Deum obligatione te esse liberum, sed ad religionem summo Deo pœstandam quanta adsint tibi motiva sedulo considera, et quum sanctissima ac iustissima eius voluntas pro principio bonum malumque cognoscendi habenda sit optimo, ad eam sollicite attende, nec quidquam a voluntate Dei abhorrens pro legitimo habe. 2) Quum cognitionis nostra rationis pariter ac reuelationis propioris principiis superstruenda sit, vtrumque consule, priori non contentus, quum ratiosibimet ipsi relicta fragmentariam modo sislat cognitionem. 3) In casibus indiuinius dubiis voluntatem Dei explorata attendendo ad omnes circumstantias s. eventus cum illo ipso, de quo dubitas, casu coniunctos. 4) Ne putes in minore cognitionis voluntatis diuinæ gradu subsistendum esse, sed eandem et extensiu et intensiu in dies augendo ad donum spirituale accede, hinc non id tantummodo, quod legibus est conueniens, sed et illud quod plurium casuum est optimum, efficaciter cognosce s. nihil legitimum esse tibi persuade, quod a voluntate Dei dissentire tentis, nec tamen ullam actionem omitte, cuius commissionem voluntate diuina mandaram cognoscis, ne vtroque casu contra conscientiam pecces.

Posito hoc limite et insignis libertatis abusus eorum tollitur, qui salutis conscientia Deum negari possa somniant, aut tamē libertatem ab omnibus legibus conscientiae libertate inuolui sibi persuadent, aut ultra officiorum ac iurium suorum cognitionem eam extendunt: et legitimus eiusdem yfus mirifice facilitatur, maiorque restitudo pariter ac certitudo obtinetur. Sacra scriptura inter alia nostra officia nihil nobis anti-

antiquius habendum esse saepius adfirmat; quam frequens et industrum voluntatis diuinæ scrutinium, eiusdem explorationem et voluntatis ex ea determinationem, cf. Rom. XII, 2, Phil. I, 10, Eph. V, 17, etc.

## §. XXII.

Quum conscientiae actus sub formando ratiocinio <sup>3)</sup> examen commode possit repraesentari (§. V.) in examine conscientiae conscientiae ad quamlibet eius propositionem sollicite attendendum est. quare accipe Limitem secundum.

- II) Ne in praemissis conscientiae tuae praeuariceris, hinc, circa maiorem conscientiae, quae cognitionem legis amplectitur, caueas 1) ne tibi persuadeas a mero tuo arbitrio pendere, num velis superiorem eiusque voluntatem pro norma actionum tuarum obligante cognoscere, sed per naturam tuam quum iam sis obligatus ad leges naturales obseruandas, fieri non potest ut vlo te modo soluere queas a tam firma obligatione, sed legibus necessario es adstrictus.
- 2) Ne putes liberum tibi relinqui, cuius superioris voluntatem pro norma actionum tuarum accipere velis, sed quum a Deo omnia tua pendeant, illius voluntatem pro lege accipe, et iis, quae te obligant, legibus humanis conuenienter viue, nullam tamen legem nisi cum diuina consentientem tibi iniungi concedere.
- 3) Ne quoad cognitionem legis existimes, libertati tuae relinqui posse, num velis cognoscere legem; vtore potius quavis occasione, qua potes legis impetrare cognitionem, nec explicationem eiusdem pro arbitrio tuo institue, sed sequere interpretationem vel ipsius legem constituentis, vel regulis interpretationis maxime conuenientem.
- 4) Ne ratione executionis actionum pecces, sed simul ac cognitione legis adestr, quum oriatur necessitas moralis (§. VIII.), ea facienda sunt, quae lege determinata cognoscis.

b) Cir-

b) Circa minorem propositionem, quae factum subsunt et quoad antecedentem, et quoad consequentem conscientiam, ne agas praecipitanter et confuse, ita ut subsumas vel eiusmodi actionem quam nunquam commisisti, nec vnuquam committes: vel quae subsumi nequit legitime sub maiore propositione. Praeterea adhuc opus est 1) ut omnes actiones tuas examini maxime rigoroso subiicias, nec te soluimodo committendo peccata legi contrarium agere, sed et omitendo a lege sancta peccare pures; 2) ut meras actiones externas examinando non sis contentus, sed vniuersum tuum statum, omnemque tuam versus Deum relationem follicite explores.

Adhibeo hoc limite quum quilibet euadat conscientiosus i.e. propter conscientiam actiones suas dirigat, non facile sine cognitione, multo minus contra eandem aget, hinc liberas interna hae ratione ad iustas suas regulas vocatur: et quum ex propositionibus veris nihil falsi sequatur, praemissis legitime feso habentibus et modo concludendi vero, adhibeo nec iudicium erroneum, nec actiones legi contrariae committi poterunt: unde ultra officia et iura sua nemo libertatem extender, regulam hanc obseruans. Examen hocce non interruptum sedulo continuandum et saepissime instituendum esse scriptura moner, qua ratione habitus conscientiae quem Apostolus inuit Hebr. V. 14. impetratur: cf. Theol. Moral. citatam §. 24. Spectant hue ex oraculis sacris varia loca ex parte iam citata, quibus adde Ps. I. 2. Deut. VI. 7. sq. Ios. I. 8. Ies. VIII. 19. 2 Cor. XIII. 5. etc.

### §. XXIII.

Quum actionum ex cognitione determinatio erroribus dubiusque eandem ingredientibus admodum euadat difficultis, incerta, ac minus tuta, necesse est in libertate conscientiae legitime determinanda, ut III) omnes

7) dubio-  
rum remo-  
tio.

III) omnes conscientiae errores et dubia iuste remoueas ac resoluas, hinc 1) vt er maiorem propositionem, num cognita lex diuinæ characteres agnoscat, numque in te cadat obligatio, et minorem, qua ratione actiones tuae ad legem relatae sint, rite perspicias (§. XXII.), et quod tibi dubii est residuum animo a partium studio alieno perpendas, 2) vt et de erroribus conscientiae distincta cognitione remouendis cogites, et dubia tua ad euitandam obligationem non morose sustineas, sed statim examinando legem eiusque explicationem et facti subsumptionem in resoluendis iisdem labores, 3) vt, quodsi tua ipsius disquisitione dubia removere non posses, aliorum, de quorum dexteritate ac sinceritate conuictus es, cognitionem in consilium adhibeas, non tamen ex praeiudicio auctoritatis, sed ex cognitione tua illis obtemperes, 4) si frustra de dubiis remouendis laborum esse fentis, praeter regulas in conscientia dubia observandas §. 41. Theol. Mor. vt tamen in dirigendis actionibus tuis ex cognitione dubia caute agas, ne aliis tuis officiis contrarie agas, aut aliorum iura laedas, nec in laboribus de conuictione impetranda negligens euadas.

Remotis dubiis et libertas interna euchitur, et obligatio legis, et eorum conatibus, qui libertatem a lege libertatem conscientiae sistere putant, resisti potest. Regula ista: De omnibus est dubitandum sano sensu explicata non extendenda est ad dubia ex animo partium studioso profecta, aut frivoles ad suspendendam aut dissoluendam obligationem sustentata facile discutienda: quorum remorio a libertate conscientiae necessario supponitur. Eph. IV, 14 sq. Hebr. XIII, 9.

## §. XXIV.

Quum et plures adsanct leges normam actionum nostrarum exhibentes, et plurimum officiorum legitima combinationem officiorum natio obseruantur.

natio statum hominis versus Deum absoluat, in conscientiae libertate ad regulas vocanda, videndum est.

IV. *Vt totum ambitum officiorum nostrorum perspiciamus, hinc 1) ne putas ad legitimam tuam versus Deum relationem sufficere obedientiam vni alterius legi praestandam, sed omnibus, et quidem exesse satisfacias necesse est: hinc unica lege, cuius obligationem perspexisti, violando peccatur, si vel omnibus ceteris morem gereres, 2) quum saepius fiat ut vni obligationi satisfaciendo alteram laedamus, aut tamen obtemperare ei non possimus, quo casu adeat collisione obligationum seu legum, caute inquirendum est, qua ratione in plurimum officiorum collisione excipendum sit, ne contra conscientiam agamus, hinc praeter dubiorum remotionem (§. XXII.), videndum, cum qua lege maxima coniuncta sit obligatio; unde lex diuina humanae, ea cuius maior in nos cadit cognitione preferenda est: hinc obligatio certa magis habenda ac incerta, lex cuius obseruatio in nostris viribus posita est, preferenda est legi cui attemperare actiones nostras impeditur. Ea denique lex, quae plurimum confert ad perfectiones nostras enehendas, maiorem habet obligationem ac alia. Vberius agitur de intricata hacce materie in Theol. Morali saepius adducta §. 100.*

*Quum nemini conscientiam vocare possimus liberam, nisi qui omnibus suis obligationibus satisfacit, omnium obligationum examen necessarium esse vides: contra quas peccatur, non modo si orta collisione utrasque leges negligimus, sed quoque si illegitime excipiendo minorem maiori praeponimus. Pertinet ad hoc officium legitime constituendum et frequens voluntatis diuinae disquisitio (§. XXI.), et legis diuinae conscientiam vniuersitatem obligantis examen (§. XXII.), et omnium dubiorum ac errorum sollicita remotio (§. XXIII.).*

§. XXV.

## §. XXV.

Quotiam et societate eum aliis carere non possumus, b) *versus* et a legibus naturalibus pariter ac reuelatis officia scribuntur *alios*.  
 aliis exhibenda, hinc in omnibus nostris actionibus ad nostram pariter ac aliorum felicitatem attendendum est, in iudicio conscientiae pariter ac actionibus conscientia determinatis aliorum habemus rationem necesse est: quo spectat in genere 1) vt iurium nostrorum exercitio aliorum iura non violemus, potissimum illa, quae alis ratione conscientiae competunt, hinc in conscientias aliorum nobis non vindicemus imperium, nostram boni malique cognitionem iis iniungendo, 2) vt omnia ea, quae ad eorum conscientiam errorneam veram, dubiam cerram, sensualē intellectualem redendam spectant adhibeamus, et quoad actiones e conscientia determinandas faciem aiis praefferamus.

In statu naturali solitario multa nobis sicerent, quinimum legitima essent, quae in vita sociali securi se habent; vni eadem ratione manifestum est, posse aliquem, ex distinctione sua se cognitione eti determinet, tamen in alios euadere iniurium; unde colligimus partim necessariam esse frequentem eorum, quae alis competunt, iurium disquisitionem, vt saluis eorum iuri bus nostra exerceamus, partim illam ipsam considerationem libertati nostrae poneremus limites, qui et quoad iudicium et quoad actiones nostras e libero iudicio ortas obseruandi sunt.

## §. XXVI.

Quoniam et in omnibus iudicis, vt verum adsequatur ratione eti admundum caute attendendum est, et imperium in alio iudicii. rum conscientias est illegitimum (§. XIII.), in determinanda libertate conscientiae si aliorum habemus rationem, eo dispi ciendum est: *Vt caute de aliorum statu et actionibus iudicemus.* Etenim quum conscientia de actionum nostrarum moralitate

iudicet, circa aliorum statum et actiones non versatur, praefertim quum aliorum versus Deum relatio ex actionibus externis non possit certe diiudicari, sed ex interna cuiuslibet conditione, quae quum nemini pateat, consultissimum omnino est, ut quemlibet iudicio diuino relinquamus et nostrum de aliis iudicium suspendamus. Quodsi autem officii nostri rationem postulare nobis persuaderemus, ut de aliis iudicemus, ad iustissimas regulas iudicium illud reuocandum est, vt et ad obiectum iudicii et ad ipsum iudicium sollicite respiciamus. Quod 1) ad obiectum attinet, si de actionibus aliorum iudicare velimus, illae in relatione ad legem et agentem considerandae sunt: hinc nulla actio aliorum nisi ex lege eisdem obligante diiudicanda est; videndum itaque, num actiones aliorum, de quibus iudicamus, ad legem relatae sint; nulla nisi habita ratione conscientiae et cognitionis aliorum reiicienda seu adprobanda est: attendendum denique num ex proposito commissa sit, de qua iudicamus, actio. Plurium actionum determinatio quum statum hoc loco sistat, id potissimum in diiudicando aliorum statu videndum est, vt non ex unica, sed ex pluribus, quin si fieri potest ex omnibus, nec solum ex externis, sed potissimum internis aliorum mutationibus iudicium formemus; quarum quum perquam difficilis sit cognitio, quam arduum sit negotium, de aliorum versus Deum relatione iudicare adparet. Respice 2) ad ipsum de aliis ferendum iudicium, in quo formando et ad intellectum attendendum est, ita vt non ex obscura aliorum cognitione sed tam distincta quam possibilis est, non ex praecipitania sed attentione legitime instituta iudicium formenus; et circa voluntatem dispiendium est, num praediudiciis occupatus sit animus, num ab omni partium studio simus alieni, ne siue ex amore aliorum nimio, siue ex inuidia et odio iudicantes

in

in alios evadamus iniurii; in manifestando vero iudicio nostro quam caute agendum sit, per se iam facilime patebit.

Praefuditum quod multos libertate sua ratione officiorum  
versus se ipsos praefandorum videntes occupat, licere sibi in  
aliorum conscientias imperium, posita hac regula everti potest,  
mihi vero libertas, qua ductus quilibet iuribus suis conuenienter  
offendit, adleratur et euehitur. Quam caute in iudicio de statu  
et actionibus aliorum, quod omissis hisce regulis peccatum  
enadit, adhibenda sint leges, egregie docetur Luc. VI, 37.  
41. sq. Rom. XIV, 4. 10. 13. I Cor. IV, 4. sq. etc.

§. XXVII.

In actionibus nostris ex conscientia secundum §. V. rat. actionum.  
determinandis eadem cura eo videndum est, ut aliis detri-  
mentum non adferamus libertatis nostrae abusu. Actio, quae  
aliorum statum efficit deteriorem, quum scandalum audiat,  
in regulis, quibus libertatis conscientiae usus adstringendus  
est, necessitas postulat: *Ut omnia scandala sollicite effugiantur.*  
Quae si sunt actiones legi diuinae non conuenientes, quibus  
commissis aliorum status redditur dererior, Data; si vero  
sunt facta legi diuinae non repugnantia, quibus alii ad statum  
suum deteriorum reddendum abutuntur, Accepta audiunt  
scandala. De prioribus tria facilime potes cognoscere 1) quum sint actiones malae, nullum scandalum sine peccato dari,  
hinc omnia scandalata data esse illegitima, maiorem vero mo-  
ralitatis gradum cadere in scandalata ex proposito data. 2) voluntaria ac in non voluntaria, 2) dende: omnia scandalata data  
sollicite effugienda esse, nec vlo capite excusari posse sub  
praetextu libertatis conscientiae, a quo tantum abest ut potius 3) quoniam conscientiae libertas legitimum officiorum  
nostrorum usum pro obiecto cognoscit, nemo ex libertate  
sua se determinans alii dare queat scandalum. De posterio-

ribus vero vterius dispiciendum erit; quum scandalum acceptum vel sit ineuitabile i. e. actio legitima, quae salua conscientia euitari nequit, per accidens vero et abusus alii damnum euadit, vel euitabile i. e. actio permissa, quae alii per accidens sit detrimento. Scandalum ineuitabile quum sit actio legitima i. e. lege diuina mandata, deinde quum ita sit comparatum vt salua conscientia omitti nequeat, est actio certis sub circumstantiis necessaria: vnde positis his circumstantiis secundum conscientiae libertatem non solum committi potest, sed etiam vt committatur eiusmodi actio obligati sumus, et si ad praecauendam aliorum depravationem eo allaborandum sit, vt quilibet, qui peccandi occasionem accipere posset, sufficientem de illa adquirat institutionem. De scandalio vero euitabili longe aliter se habet, quod et si in se spectatum sit actio legitima, tamen positis circumstantiis individualibus non necessarium est, quare regulis in collisione obligationum (§. XXIV.) in medium adhibitis, eiusmodi actio, qua alter reddi potest dererior, vel plane est omittenda, vel si per conscientiam omitti eandem non posse putaremus, eo tamen videndum est, vt ea actionis modificatio omittatur, qua alium reddi posse deteriore praeuidimus.

Quum latius se non extendat libertas conscientiae ac ius et obligatio (§. XVI.), nemini vero ad alios deteriores reddendos ius et obligatio competant, ad scandala alii praebenda non potest extendi libertas, que e contrario parte secundum §. XXV. de aliorum salute vt simus cupidi postulat. Scandalis datis non modo ille qui praebet, sed etiam alii quum reddantur deteriores, maior in illa moralitatis gradus cadit, ac in peccata, quibus alii damnum non infertur; vt ea scandala maiora sunt, quae in conspectu multorum committuntur, saepius iterantur, et maiores habent in aliorum statim influxum; quae seruator grauissima oratione interdicit Math. XVIII., 6. audiz.

sq.

sq. Luc. XVII, 1. sq. Scandalum ineuitabile et ipse Christus fuit, cuius humili forma, incompta doctrina et ipso redemtionis opere deteriores se reddiderunt culpa sua Pharisei Math. IX, 2. c. XV, 12. quod ipse seruator bene moner cap. XI, 6. c. XIII, 57. vnde lapis offendiculi vocatur Róm. IX, 33. 1 Petr. II, 8. et tota quae eius nomen habet, religio eiusque praedicatione 1 Cor. I, 23. vnde illud per se consideratum peccatum non esse colligimus. Scandali euitabilis exemplum, regulas que circa idem obseruandas consignat Paulus 1 Cor. VIII, 8. 9. sq. c. IX. c. XI. coll. cap. X, 27. sq. Rom. XIV, quod itaque si per se consideratur, ad licita quum referendum sit, non est actio mala, euadit tamen peccarum omissis amoris, sapientiae et prudentiae regulis.

### §. XXVIII.

Hactenus officia generalia, quae limites ponunt ac ratione 2) *ratione* gulas libertati conscientiae et versus nos ipsos (§. XXI-XXIV.) *specialium*. et versus alios (§. XXV-XXVII.) praestanda considerauimus, quae quum statu superadueniente magis determinantur, ad limites et ab ecclesia et a re publica ponendos attendendum est, de quibus in genere vides: 1) quum status limites hospitii, qui ex notione conscientiae eiusque libertatis proxime deduci non possunt praescribens, sit accidentalis, limites hospitii eadem ratione non esse necessarios, hinc neminem stringere nisi societati addictum, esse mutabiles et societate soluta cefare, neque minus eosdem pro diversa societatis ratione diuersos esse, ita ut quod una societas prohibet altera mandare queat, 2) quum quilibet in statu praesenti et ad ecclesiastiam et ad rempublicam accipiendo obligatus sit, quod ex Iuris Naturae principiis patet, quemlibet simul ac eandem amplectitur, ad omnia officia ab ea praescripta obligarum esse, quinimmo quum sine legibus perfectis i. e. cum iure cogendi coniunctis nulla stabiliri possit societas, easdem regulas

lae a Societate cum coactione quadam coniungi posse, necessitate postulante: quae tamen a coactione conscientiae probe distinguenda est.

Coactio, quae vim legibus addit, motiva externa absolvit, ut quilibet debitum legibus obseruantiam praeflet, hinc obligacioni suas satisfaciat, et ex conscientia agat, a qua toto coelo differt coactio ea faciendi, quae cognitioni et conscientiae contraria sunt, quae cum conscientiae libertate nullo modo consernit.

### §. XXIX.

a) in Ecclesia

*Ecclesia*, quae societas est religionem pro fine proximo agnoscens, quum 1) omne imperium in aliorum conscientias sit illegitimum (§. XIII.) nec de internis in foro humano iudicari possit, imperium sibi in membrorum suorum conscientias non vindicat, quare neque coecam ab ipsis postulat obedientiam, neque mediis coactius virut ad convictionem excitandam, sed libertatem conscientiae iis cedit, 2) quoniam conscientia et religio idem habent obiectum, utriusque consideratio potissimum spectat ad ecclesiam, quare de religionis exercitio pariter ac de recto conscientiae vnu sollicita sit necesse est, cuius abusum denegatura regulas scribit ac limites libertati conscientiae ponendos ex triplici potissimum capite deducendos: quorum primum necessitate consensus in credendis ac agendis nititur; unde ecclesia neminem pro membro agnoscit a dogmatibus suis dissentientem, et iudicium de relatione versus Deum ad regulas vocat: secundum ex necessariis ecclesiae legibus concipitur, quae eternam libertatem limitant: ultimum denique disciplinac ecclesiasticae et officiis ministrorum ecclesiae adnumerandum est, quod ad silentium redigit renuentes.

A ve-

A vero itaque non abhorruerunt, qui in scriptis suis ad hanc materiem spectantibus adseruere, a denegata conscientiae libertate ad falsitatem religionis et ecclesiae eandem denegantis, et v. v. a concessa et defensa lib. conse. ad veritatem ecclesiae valere consequentiam.

**§. XXXI.** Quaelibet ecclesia religionem pro fine suo proximo *ad Libris agnoscat* (§. praecl.), religio autem, quum determinatus modus *Symbolicis*, sit Deum colendi, omnis ecclesia eiusmodi modum determinatum adsumit, in quo omnia eius membra consentiunt; vnde et principium eundem determinans adesse debet, quod Christianorum partibus commune est scriptura sacra, et normae publicae, e quibus dogmata ad religionem cuiuslibet ecclesiae spectantia sunt cognoscenda. Quas quum audiant *Libri symbolici*, eorundem necessitatem videmus, in quibus ea potissimum dogmata sunt proponenda, quae ecclesiae cuidam propria sunt et distinctiua, ut et consensu singulorum membrorum facilius impetrari, et errorum ecclesiae falso attributorum accusatio remoueri, et dissensus ab aliis religionum partibus declarari iisdem queat. Vnde colligimus 1) ab omnibus ecclesiae membris dogmata libris symbolicis contenta accipienda et pro veris habenda esse, non tam ob ipsum librorum symbolorum mandatum, sed potius ob cognitum eorundem cum scriptura sacra consensum, praesertim si legibus reipublicae confirmata sit librorum symbolorum auctoritas, quibus effici potest ut iuramento declaretur consensus, 2) nulli omnino ecclesiae membro licere, ut aliter de dogmatibus sacris, praesertim distinctius, sentiat, aliter doceat, aliter agat, ac veritatibus in libris symbolicis propositis est conueniens; omnesque eos, qui suum a libris symbolicis dissensum declarant, ab ecclesia se ipsos excludere.

E

Non

Non virgebimus hoc loco famosam illam controvérsiam de relatione librorum symbolicorum versus libertatem conscientiae, singula vtriusque partis argumenta enumerantes, quum ex evolutis in §. iam adpareat 1) libros symbolicos libertatem conscientiae membrorum ecclesiae non tollere, seu coactio nem eorum inuoluere, coll. Schol. §. XXX. quoniam et neminem cogunt ad adplausum religioni cuidam dandum, seu in accepta religione et ecclesia perseverandum, sed merum cognoscendi dogmata sua principium sистunt, quod neminem obligat, nisi in ecclesia iam viuentem, et libertate, qua quilibet ex distincta sua cognitione se determinat, priuant neminem, 2) limites omnino lib. conse. iisdem ponit, quum non solum cognitionem dogmarum illorum quibus actiones determinandae sunt, excirent, sed etiam quolibet membrum ad iustas regulas vocent. cf. S. V. BAVMGARTEN Introduc. in libros symbolicos §. I. 5. et dissertationem eodem PRAESIDE habitam de Necessitate librorum symbolicorum.

## §. XXXII.

## 3) legibus eccles.

Quum et communis finis in qualibet societate obtinendi et boni ordinis ratio postuleret, ut leges adsint, etiam in ecclesia eiusmodi constitui debent leges, quae vel ex pactis a constitutis ecclesiae membris initis, vel ex magistratus ciuilis confirmatione cum iure perfecto coniunctae sunt, et omnibus ecclesiae membris normam obligantem sистunt, actiones suas externas ecclesiae conuenienter dirigendi. Vnde ius competit ecclesiae 1) a quolibet postulandi, ut et omnia, quae ad consensum in dogmatibus ac modum iis conuenienter viuendi spectant, et ea quae boni ordinis adseruationi inseruiunt, hinc quoque ceremonias ab ecclesia stabilitas adsumat suasque actiones ita dirigat, ut consensus in ecclesia pariter ac ordo impetrari queat; 2) quum ius illud ecclesiae competens cum iure cogendi coniunctum sit, obedi-  
enti-

entiam legibus denegantibus potest poenas constituer, quae vel a sola ecclesia constituantur, et denegationem iurium ex nexu cum ecclesia concipiendorum seu exclusionem e societate ecclesiae involunt, vel auctoritate civili nituntur.

Leges ecclesiae quum normas sint obligantes et cum iure cogendi coniunctae, pro meritis consiliis haberi non possunt; quae quum ecclesia in se spectata sit societas aequalis, si ab iis constituantur, quibus ecclesia iura sua administranda comisit, sunt leges conventionales. Iam quum omnes leges libertatem limitare iam supra monuerimus, leges etiam ecclesiae limites ponunt libertati conse. quam tamen, quum sine libertate conscientiae non derur obligatio (§. XVII.), non tollunt sed necessario supponunt, praesertim quum id cuiilibet relinquatur, num in ecclesia leges ponente viuere velit a qua simul ac se separauerit, cessante legum ratione cessant leges.

Quum et dogmata ecclesiae et modus iisdem conuenienter viuendi singulis membris cognitus sit reddendus, personae constituantur necesse est ad utrumque membris ecclesiae patescendum, quibus quum consensus in doctrina adseruandi pariter ac boni ordinis cura competat, eo dispiciendum est. 1) vt quemlibet auditorum suorum de veris ecclesiae doctrinis sufficienter erudiant, praesertim vero de omnibus ad ordinem salutis pertinentibus, vt salutarem adquirant cognitionem solliciti sint, quod dicitur officium Didascalicum: et ad modum religioni ecclesiae conuenienter viuendi frequentes adhortationes et optimae notiua praebant: quod est munus Paedeticum, 2) vt ad dubitantes et errantes circa doctrinam summopere attendant, eorundem errores ac dubia destruant, eosque ad rectam veritatis viam reducant,

E 2

quod

quod est officium Elenchiticum; circa eos vero, qui vita sua ecclesiae dogmatibus repugnant, eo videant, ut scandalata ab iis remoueantur, et quaevis vitiorum genera pro virili reprehendantur, quod audit munus Epanorthoticum. Vnde quum libertas conscientiae verae ecclesiae sit criterium (§. XXX.) ; eo quidem vident ministri ecclesiae, ut adseretur ea in ecclesia, tamen ob vix enumerata eorum officia eo discipiunt, ut quilibet interne agens libere distinctam dogmatum ecclesiae cognitionem supponat, et nemo libertatis consc. praetextu virtus tegat, quarè limitant lib. consc.

§. 34.

b) *in statu ciuili.*

Respublica est societas securitatis ergo instituta; ad quem finem obtainendum quum admissum imperium multa faciat, ille, cui ius competit aliorum actiones ad finem reipubl. imperrandum dirigendi, Princeps audit; vnde magistratus ii sunt, quibus iura imperantium a reipublicae ciuibus delata sunt. Ecclesia quum sit in re publica, non vero res publica in ecclesia, et per se spectata non habeat imperantem (§. XXXII. Schol.), eundem imperantem agnoscit, quem res publica: cui itaque ius competit 1) omnia ea, quae vel ad consensum vel ad bonum ordinem in ecclesia religionis pariter ac securitatis caussa sunt necessaria, efficiendi, hinc librorum symbolicorum auctoritatem tuendi et confirmandi, leges ecclesiasticas ferendi, liturgias, ceremonias et disciplinam ponendi, ministros ecclesiae constituendi, tempora et loca ad religionis exercitia figendi, ecclesiam ab aggressoribus suis efficaciter defendendi, & quodlibet eius membrum in possessione iurum suorum conseruandi, 2) quum ecclesia sine libertate conscientiae vera non detur, eo

*vide.*

videat magistratus, vt eadem adseretur, vnde ei non licet, vt in ciuium suorum conscientias imperium sibi vindicet, siue illos ad certam religionem, quam pro vera non cognoscunt, accipiendam cogat, ita tamen libertatis cons. vius ab imperio ciuili determinetur, vt ex eo regulis non satis adstricto neque ecclesiae neque securitati publicae oriatur detrimentum: vnde limites ponit libertati cons.

Quae de iure principis circa religionem et sacra a pontificis et fanaticis negato disputantur, fusori tractationi enarranda linquimus cf. Theol. Moralem §. 184. Libertatem conscientiae etsi nullus denegare possit imperans, tamen num plurimum partium sacra in regionibus suis tolerare velit, arbitrio eius relinquendum est. Limites libertati cons. in re publica ponendos cognituri attendamus adhuc et ad leges imperantis limites ponentes, et ad officia ex ciuium parte obseruanda.

**§. XXXV.**

Ratione magistratus libertatem conscientiae quidem *rat. mat.* concedentis, sed determinantis et limitantis (§. praec.), ex *gibratus.* nexus eiusdem cum eccllesia ac republica tria potissimum momenta sunt obseruanda.

- 1) Magistratus sub conscientiae praetextu nihil quod legibus diuinis aut reipubl. saluti contrarium est permitat. Quum quelibet conscientia ponat obligationem et ex conscientia agendum sit (§. V. n. 3. 4.) vti in statu naturali, ita etiam in statu ciuili, possunt 1) ciues vel conscientiam erroream pro vera habentes, vel eiusmodi conscientiam cuius obligatio cum aliis ex statu hypothetico ortis collidit sectantes contra rem publicam et ecclesiam peccare: vnde non

solum leges a magistratu positae eius quod in civitate secundum leges a Deo pendentes rectum est principium cognoscendi sunt, sed etiam quae plurim obligationum in re publica collidentium praferenda sit obligatio secundum §. XXIV. determinari ab imperante potest, et per consequens ea omnia possunt interdici, ad quae aliquis obligatum se esse falso sibi persuaderet, sine coactione conscientiae: 2) nec raro fieri solet, vt aliquis ecclesiae salutem et civitatis tranquillitatem turbans conscientiae nomine crimina sua excuset, cuius conaminibus limites sistere potest magistratus actiones eiusmodi interdicendo et suppliciis adsciendo, inde ponit limites conscientiae suadenti quoad actiones externo imperio civili subiectas et saluti publicae contrarias.

II) Magistratus in limitanda libertate conscientiae disudentis rationem habeat. Quae quum de prauitate actionum iudicet (§. III.) magistratui autem in ciuium conscientias non competit imperium (§. XXXIV.), nihil omnino ab iis exigere potest, quod pro laefione obligacionis diuinae per conscientiam positae habent. Ergo imperans iura sua in ecclesiam exercens sacra publica permittens et ordinans, ministros ecclesiae constituens et de actionibus membrorum ecclesiae disponens eo videat, vt nihil omnino instituat, quod vel cum cuiuslibet ecclesiae doctrinis non consentit, vel cognitioni et conscientiae prohibitiuae ciuium est contrarium.

III) Quum plures dentur religionum partes et ecclesiae, quae sunt in re publica, imperanti vt paci externae diversarum sectarum consulatur, curandum est; vnde admissio inter-

interno ecclesiarum discriminē, quod sine coactōne conscientiae tolli, nequīt, eo videat, vt nulla ecclesia in alteram euadat iniuria sive imperium sibi in aliam vindicet, quo admissō locū non habet libertas conscientiae; vt praerogatiās religioni et ecclesiae, quae dicitur dominans, pacis publicis confirmata, quoad salua libertate fieri potest, conseruet; porro controvērsias de dogmatib⁹ diuersarum partium ita determinet, vt tranquillitas publica conseruetur: et id denique agat, vt illis religionum partibus, quorum tolerantia et ecclesiae dominantis saluti et reipubl. securitati repugnat, denegatis sacris, ius emigrandi concedatur.

**§. XXXVI.**

Quodsi denique ad ciues, quorum libertas in republ. limitatur (§. XXXIV.), attendimus, illi, quum ad obse-  
rium magistratū praeſtandum perfecte sint obligati, leges  
et limites ab eo positos propter conscientiam obſeruent,  
necesse est. Ergo

I) Quum nulla lex sine, multo minus contra conscientiam nos obliget (§. V. n. 3.) nemini ciuium licet, ea committere, que legi diuinæ repugnare sibi persuader i. e. Conscientiam suam prohibitiuam obedientia actiuā violare. Quum vero fieri queat, vt aliquis imperans ad actiones, quae contra conscientiam sunt, obligare nos velit, obedientia actiuā tamen quum praeſtari nequeat nisi obligatione diuinā perspecta, coactōne cum lege imperantis conscientiae subeundae potius sunt, ac contra conscientiam agendum, quod est obedientia passiuā.

**II) Quum**

III) Quum in re publica superioris de actionibus ciuium voluntas sit norma obligans, ciues id sibi ne vindicent, ut leges superiorum suorum earumque rationes, multo minus ius superiori competens sua voluntate subditos obligandi, examinent, nisi legibus et iuribus divino sint contrariae, tamen id dispiciant, num cum summi legislatoris voluntate consentiant a re publica mandata: et quin obligatio deum divina conscientiam sistat, ea quae ex pactis et iure humano sunt deriuanda non statim ad conscientiam referant.

III) Quum in societate humana soli superiori ius competit, voluntatem suam pro norma actions ciuium obligante declarandi, nemo ciuium aliorum hominum solam auctoritatem ad conscientiae obligationem referat, sed eviter aliorum imperium (§. XIII.) simul ac tamen de legitimi superioris voluntate et conscientiae consensu coniunctus sit, agendi adest obligatio.

## T A N T U M!

### ERRATA.

Lege p. 5. l. 11. solent p. 9. l. 30. cognoscementem p. 12. l. 15. omit-  
tendenda p. 13. l. 11. coniunctioni p. 21. l. 2. diuersas p. 24. l. 7.  
enotius p. 27. l. 14. alii p. 28. l. 28. formemus. Reliqua B. L.  
prementi festinationi dabit.



(II)

AESTV.

AESTVMATISSIMO  
RESPONDENTI  
SAL. PLVR. DIC.  
PRAESES.

**E**t si unus ex omnibus minime sum ad epistolas scribendas accommodatus, quod non solum laboribus plerunque ita disincer, ut dudum omni fere caruerim familiarium literarum commercio, atque ab ipsis officiis praestans hanc raro impediatur, verum etiam nunc maxime obruar negotiis, non magnis certe sed multis et ipsa cumulatione laboriosis, atque praeter reliquias occupationes concatenatas in alia disputatione communitonis abituentis propediem paranda elaboro: tamen, cum intelligerem ad finem properare operas typographi, atque instare reditum *TVV M* in patriam post peractum disputationis publicae labore, statui nostrae necessitudinis esse meaque in *TE* benivolentiæ, amoris et fidei, hac opportunitate non tacere sed aliquid ad *TE* litterarum publice dare, omnibus que testatum facere, et quanti a me sis, et cuius *TIBI* tuaque caufstantam velim, quantum volo et cupio. Effecisti enim ut sensim plusquam duplicandum esse existimauerim amorem insignem, quo *TE* illico amplexus fueram, quem in disciplinam meam concederes mibi que familiarius innotesceres: tam ob vultus animique ingenuitatem, morum verecundiam, proficiendi ardorem, promptum obsequium amoremque in me *TVV M* perquam officiosum, quam *TVORVM* atque parentis potissimum summe venerandi causa, quem dudum ita suspexi ut si vel mediocriter hic officium *TVV M* facturus fuisses, nihilosecius ob amicitiam paternam in *TE* amando ornandoque magnopere mihi

F

eniteu-

enitendum esse duxisse. Quod licet nec difficulter nec illiberaliter  
actus fuissent, etiam nulli ad hunc iustum in TE amoorem accessis-  
sent incitamenta noua: longe tamen nunc libentius TE amo maiori-  
que facio, ex quo id operam dedisti atque consecutus es, ut meus in  
TE amor, qui et communis antea et necessitatis officiique fuerat,  
singularis plane voluntatisque euaserit, atque ea incrementa ceprit,  
quae augeri posse non videantur. Nam quo frequentius, prob dolor!  
euentre solet, ut heroum filii degeneres fiant, atque Theologorum  
in primis virorumque de re publica Deique ciuitate bene meritorum et  
merentium liberi in alia omnia transeant, parentum saltem exempla et  
imagines domesticas imitari, segui aemularique vel nolint vel neque-  
ant: eo certe maiorem ex TE voluptatem cepit, postquam sperare pri-  
mum, deinde confidere potui neutrum a TE verendum esse, meque  
habere, cur non solum TIBI parentem immortaliter de TE meritum, ve-  
rum etiam venerabilis patri TE filium dupliciter gratuler vere, ex  
animo et sine formidine. Unum gratulationis genus bona mente ab-  
solvitur virtutisque christiana studio, quod, si a Deo discerero, cui  
et omnia et sanctiora in primis spiritus sui disciplinam debes, TIBI  
acceptum referendum est, quoniam a parentibus praceptoribus et mortali-  
um quoquam de aliis praestari nequeant, quae cum ab uno DEO  
proficiuntur, tum voluntatis et arbitrii sunt. Alterum ingenio nitit  
bonis litteris graniter et enixe culto atque eximia doctrina et  
dexteritate, quam TIBI summa virium contentione laudabilique dili-  
gentis et laborum assiduitate comparasti, atque nouis in dies accessio-  
nibus augere sategisti eo ardore, ut mouitore nunquam indigeris,  
sed retinendus subinde fueris, ne quid detrimenti caperet valetudo  
laboribus infirmata animoque impar futura. Tertium annum in hac  
academia sanctioris doctrinae studia earumque disciplinas, quae illis usui  
et praesidio sunt, ita tractasti sedulo, ut praeter magnifici Prorektoris  
MICHAELIS, venerandi KNAPPI, excellentissimorum LANGII,  
STIEBRIZII, WEBERI, EBERHARDI, clarissimique ZACHA-  
RIAЕ auditiones, in scholis m:in dogmaticis, hermeneuticis, anti-  
theticis, theologiae morals, symbolicis et exegeticis in episo-  
las

la. PAVLI ad Colossenses et Hebraeos vanitatemque IOELIS  
adsculpatorem egeris intelligentiae cupidissimum, in disputandi autem  
exercitii domeficiis et auditorem attentum, et pugnatorem defensoris  
neque ac contradictoris partibus exinde defunctum. Quam ob rem  
nullus dubito fore, ut eandem in confitu publico dexteritatem omni-  
bus approbes, quam dudum compertam habui et exploratam, nouoque  
documento perspexi lecta et relecta disputatione breui tempore sine  
intermissione reliquorum laborum a TE unice ita conscripta, ut illius,  
praeter argumenti optionem, quam ex indice meo doctrinarum oppor-  
tune disputandarum fecisti, consiliorumque communicationem ad  
dispositionem rerum scribendarum ordinemque doctrinarum constituendum  
comparata, ad me nihil omnino pertineat. Satius enim putau  
meditationes TVAS integras TIBI relinquere, quod et sufficiunt ad  
tirocinium ponendum, et ab errore culpaque praestari facile poterunt,  
quam vel immutare vel meis augere. Quarum neque hic spicilegium  
scribam, ne otio abundare aut operas morari velle videar; sed ad  
finem properabo: quem his litteris faciam confessum, si tribus verbis  
et TE horratus fuero obtestatusque pro consuetudine ac amicitia no-  
stra, ne a TEMET ipsis vnguam deficias, aut a seniore virtutis studio  
quidquam remittas; et DEO O. M. supplicauero, ut beneficiis suis in  
TE faueat, tisque cum perpetuitate incrementa addat, atque tam redi-  
tum ad TVOS quam consilia, labores ac operam TVAM ex voto pa-  
riter ac spe mea fortunet; et de me recepero quidquid ab homine TVI  
amantissimo, suorum non immnore, neque amicorum negligente pro-  
ficii vnguam poterit. Vale in rem TVAM. Domum redux Par-  
enti summe venerando, omnibusque quos mibi velle cognoveris amicis  
communibus, meis verbis salutem dicas quaejo obseruantissime:  
Deoque commendatissimus diu viue feliciter. Dedi Halae ad  
Salam in acad. Frideric. d. XXII. Iun. circ 10 CC LIII.

MOST-

MOST-HONOUR'D SIR,  
DEAR COVSIN AND FRIEND!

**S**uch is the Tenderness, Worthy Friend, i love You with, and the Esteem, i have for You, that i am by no means capable to express with Ink and Pen the least Part of it; but notwithstanding i must follow my Passion, pushing me on, to give You a publik Argument of my sincere Friendship. Take it well, i pray You, as imperfect, as it is, believing, that Love alone of my Heart, which is an Ennemy to cold Custom, hath produced every Word, You see here. Pray, reflecte upon this Truth, and whatever You may think of it; yet Your Thought shall fall short of the Greatness of my Love. Pirth, Dear Cousin, hath allied us by a near Relation, which is already among men a fertile Source of Tenderness, but for our Friendship 't is but a mean one. A long Conversation since our Childdoor, as well, as also the Enjoyment of Your being my Room-compagnion have discoverd to me Your noble Heart and Your excellent Qualities; behold! Dear Friend, that is the truest Reason of our everlasting Agreement. I might publiquly magnify Your Godliness, Learning and kind Temper, i have so long time been an Eye-witness of; but Your Virtue and Modestie forbids it. Your publik Dissertation, this elegant Witnesse of Your profound Learning, shews to every body, how worthy You are of all Esteem. I cannot therefore but congratulate You upon this new Proof of Your ripe Learning, and especially to proffer You publik Thanks for the Honour of having invited me to engage with You in so glorious a Business. My Powers are weak, nevertheless i venture on it, knowing very well Your kind Humanity, supporting even the Faults of Your Friends. Farewell, Dear Cousin, God almighty may bleſſ all Your Enterprizes, Pray continue to love him, that is, as long, as shall live

DEAR COVSIN AND FRIEND, YVR

at Hall in Saxony.  
June the 24th. 1753.

most-humble Servant  
and most-devoted Friend.  
CHRISTIAN MARTIN  
HEINZELMANN  
OPPONENT.

**A**n  
**S**ein **Hochwürden**

**Herrn General-Superintendent**

**H**o<sup>ch</sup>würdiger!

dürften Töne, die darum nur  
sich lieben,

Weil sie Dich zärtlich segnen, und voll von Freundschafts Eriebn  
Von ihrem Freunde stammen, von Ehrengut ganz durchglüht,  
Dein großes Herz röhren? Ja, spielt Ihm mein Lied!

O huldigt Ihm ihr Saiten! weihet Ihm den Dank des Tones!  
Wem dankt ihr sonst die Freundschaft so eines würdigen Sohnes?  
Wem? Dass Er liebenwürdig? Wem? Dass sein edles Bild,

Das zum Nachahmen reiste, euch voll Affekten füllt?  
Wem? Dass Er Freunde liebte! und wem? was wir empfanden  
Wenn seinen heitren Blicken der Freunde Schmerzen schwanden,  
Und Unruh sich auflärte? Wem? wann der Weisheit Pracht

Durch unsre Herzen stralzte? Wie vor der Sonnen Macht

G vom

Gott

Vom Thau getränkte Rosen, sich williglich entfalten,  
Und ihrem sanften Wirk'n, geöffnet still erhalten;  
So wars, da wir sie schmeckten; und Dich Theologie!  
Göttin gefühliger Seelen! und o! wer mahlte sie!  
Im Heilighum erblickten: Nur göttliche Gedanken  
Durchbeben da die Herzen: Vor ihren Blicken wanken  
Die Bosheit und der Irthum und stürzen zum Num;  
Sie donnert auf den Sünder, doch bald umarmt sie ihn.  
Wie sanft wallt das Empfinden des Sünders dir entgegen,  
O Göttin! dem du lächelst! wie sanft weht nicht dein Seegen!  
Wem klopfen nicht die Albern, von deinem Feur durchglüht,  
Der dich im Stillen dencket und deinen Reichthum sieht!

So flossen unsre Tage, wie in umlaubten Zaünen  
Die jungen Frühlingsbäche, in Elsäens Hainen.  
O daß in diesen Gründen mein stiller Lebensbach,  
Von Freunden ungetrennet, verflöß! kein Abschieds' ach  
Unschuldige Freude trübte! doch! der, den Gottes Lehre  
Dir O Hochwürdiger Vater, zu seiner Lehrer Ehre  
So würdig nachgebildet, entreißt sich unsern Arm  
Dem Deinigen entgegen. Hier wird mein Reichthum arm,  
Es fliehen die Gedanken. Mich stört ein stärkres Brausen  
O welche mächtige Stimme! Welch Majestatisch Sausen  
Bebt in mir so gewaltig! Ist's nicht die Stim des Herrn?  
Herr! rede nur! ich höre: In mir schweigt alles gern:

„Es wandle denn der Jüngling auf Wegen meiner Jugend  
„Noch fernr fort! und heilige mir seine feurige Jugend!“  
„Gang sei sie mir geheiligt! ganz der Theologie!  
„So segn ich seine Lippen; Dann überfließen sie  
„Von Schäzen der Versöhnung: Und werden Herzen schmelzen;  
„Dann werden die erwachen, die sich in Sünden welzen,  
„Und

„Und sanfte Tränen weinen. Dies soll sein Vater sehn  
„Und manche Freuden & Träne in seinen Augen sehn,  
„Auf seinen Wangen zittern: Aus seiner Harfe beben  
„Dann sanft gerissne Töne, die mich den Herrn erheben  
„Und die wie Davids klingen!

Sey mir zu dem Gesang  
Hochwürdiger! geweihet! Er bleibt auch mein Gesang.  
Oft in Salanens Hainen, wenn meine stille Tränen  
Um meinen Freund hinsinken, will ich mein Lied gewöhnen  
Dem Deinen nach zu eifren: Dann reizt die Macht des Sons  
Die Gegend und die Nachwelt, das Bild des würdgen Sohns  
Und eines würdgen Vaters an Dir entzückt zu sehen,  
Und Söhne werden eifren, dem Deingen nach zu gehen.

Halle, den 26. Jun.  
1753.

Hübner.

Aus Aschersleben.

OPPONENS.

Die uñde rynke, iñc vñ dñe dñe  
vñd ihue uñde myghe vñmst nñ englye, vñd myghe vñmst dñe  
Dñe mar uñderd vñrach, vñmst dñe : vñrach vñghe vñmst dñe  
vñderd vñrach, vñd dñm vñd, vñd vñrach vñmst vñd vñrach  
I rognit edenC vñt vñd vñllic

માનુષ એવા માર્ગ વિનાય  
એ ક ર ક

анонто

94 A 7362

ULB Halle  
001 840 606

3



96.







3

MEDITATIONES  
DE  
**LIMITIBVS  
LIBERTATI CONSCIENTIAE  
PONENDIS**

---

PRAESIDE  
VIRO SVMME VENERABILI EXCELLENTISSIMO  
DOCTISSIMO

**SIGISM. IACOBO BAVMGARTEN**

S. S. THEOL. DOCT. ET PROF. PVBL. ORDINAR. SEMINARII THEOL. DIRECTORE  
ALVMNOR. REG. EPHORO ACADEMIAE SCIENTIARVM REG.  
BEROL. MEMBRO

PATRONO ET PRAECEPTORE  
FILIALI PIETATE AETATEM DEVENERANDO

AD D. XXIX. IVN. c. Lccliiii.

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBIICET

A V C T O R

**ERNESTVS CHRISTOPHORVS NOLTENIVS**

PAL. MARCH.

---

HALAE MAGDEBURGICAE

TYPIS IOANNIS CHRISTIANI HILLIGERI, ACAD. TYPOGR.